

De Enunc. univ. part. indef. Sc. 241  
quiritur, ut signum hoc subjecto sit prae-  
positum. Nam si ad praedictum pertinet signum  
universale, enunciationem non reddit uni-  
versalem, e. g. cum dico: *homo est nullus lapis*,  
non est universalis, sed fit talis, quando si-  
gnum subjecto praepositur.

ii. Quia autem saepe contingit, ut subje-  
ctum pluribus constet vocibus, quarum una  
in recto, altera vel reliquae in obliquo casu po-  
nuntur, ideo ut propositio sit universalis;  
necesse est, ut signum universale pertineat ad  
illam partem, quae ponitur in casu recto, un-  
de haec: *Omnis hominis anima est immortalis*  
formaliter & ut verba jacent, non est univer-  
salis, quia signum universale pertinet ad id,  
quod in obliquo ponitur. Unde cum duo  
circa subjectum occurrunt signa, alterum u-  
niversale, alterum particulare, de quantitate  
enunciationis judicandum est ex eo, quod  
in casu recto ponitur & ad casum rectum re-  
fertur, e. g. *Omnis hominis aliqua pars est cor*,  
haec universalis non est, quia & OMNIS per-  
tinet ad casum tantum obliquum, sed parti-  
cularis, quia signum particulare in recto po-  
nitur, & sensus est: *Aliqua pars cujuslibet ho-  
minis est cor.*

12. Nota autem hic l. Quod signum uni-  
versale (de particulari idem est dicendum) li-  
cet apponatur subjecto, ejus tamen pars non  
fit, e. g. in hac: *Omne ens est unum*, & OMNE  
tan-